

17285.

2. D. B. V.

14

Conclusionum Theoretico-Practicarum

ad

*Institutiones Juris,* 1688

12

EXERCITATIO VIGESIMA SEPTIMA,

Ad

*Lib. II. Tit. X. § 9. & seqq.*

DE TESTAMENTIS,

Item

*Ad Tit. XI.*

DE MILITARI TESTAMENTO,

*Quam*

*Consensu Amplissimi Jctorum Ordinis*

PRÆSIDE

*Viro Magnifico*

DN. GODOFREDO Strauß/

Jcto & Pandect. P. P. famigeratissimo,

Potentiss. Elect. Sax. in supremo Appellat. Judicio: nec

non Sereniss. Principp. Anhalt. Servest. Consiliario

Aulico splendidissimo, Curia Elect. Scabinat. & Facult.

Jurid. Assessore gravissimo,

*Dn. Patrono atq. Studiorum suorum Promotore atatem*  
*colendo,*

Publicæ disquisitioni exponit

JACOBUS Ritter / Hall. Saxo,

*D. 17. Martii MDC LXXXVIII.*

*In Auditorio Jctorum.*

WITTEBERGÆ,

Literis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.



Conclufionum Theoretico-Practicarum  
ad

EXERCITIO VIGESIMO SEPTIMO

DE TESTAMENTIS

DAVIDI TESTAMENTO

DR. GODOFREDO

ICHO & PANDOLFI P. P. Iamigeratissimo

Professore Publico in Iure & Canonico

in Universitate Studii & Sacerdotii

in Urbino

Dr. Patris et Magistri


JACOBI S. J. HALL S. J.

D. R. M. S. S. J. HALL S. J.

in Urbino

Licentia Christiani Sacerdotii





EXERC. XXVII. ad §. 9. & seqq. F.  
de Testamentis.

Th. I. ad §. 9.



ilius Emancipatus in Patris, minister in do-  
mini, & maritus in uxoris testamento habi-  
les omnino sunt testes, arg. h. §. Conf. Ordinat.  
Imper. de an. 1512. Tit. von Testamenten, §.  
die Notarien, verb. Auch die so in Gewalt des  
Testirers &c. Ratio enim prohibitiva ab  
unione, quæ per patriam potestatem contingit, in istis perso-  
nis cessat. Conf. Struv. Exerc. 32. ad ff. th. 13. q. 1. Ludwell.  
ad h. §. num. 1. Theophil. h. §. in fin. Schulz. in Synops. ad In-  
stit. h. t. lit. g. Secus verò res se habet in Judiciis, in qui-  
bus testimonii domestici fides simpliciter improbatur, L. 3.  
C. de testibus, & domestici non solum Jure potestatis, sed &  
domo æstimantur, L. 6. C. L. 24. ff. eod. ut hinc nec mari-  
tus pro uxore, aut hæc pro illo, arg. L. 1. §. 15. de SCt. Silan. l.  
195. §. familia, de V. S. nec famuli mercede conducti, quam-  
diu serviunt, in causa domini testes esse possint, arg. d. l. 6.  
C. eod. l. perspicendum. 11. §. furta. ff. de pœnis. de quo ar-  
ticulo in proximè præcedenti Disputatione dictum. Ratio  
diversitatis est, quòd in testamento non de commodo Testa-  
toris, sed heredis agatur, adeoque non tam illi, quàm huic  
testimonium testes perhibeant: in reliquis verò causis tra-

Dd

ctetur

Etetur de commodo pecuniario ejus, cui testimonium dicitur, ut meritò in his testes omnes rejiciantur, quos vel affectione, vel reverentiâ aut obsequio veritatem celaturos, suspicio est. *Conf. Wissenb. ad citat. L. 3. C. de testibus. Vinn. in Comment. ad h. §. n. 5. Carpz. P. 1. C. 16. D. 51. n. 2. 3. Idem Lib. 3. Resp. 89. n. 23. seqq.* Exceptio tamen hîc iterum est in causis Criminalibus, ubi ejusmodi testimonia domestica pro defensione admittuntur, utpote Conjugis pro Conjuge. *Carpz. P. 1. C. 16. D. 52. num. 3. 4.*

Th. 2. ad §. 10.

Nostri §. dispositio adhuc hodie in Praxi obtinet, videatur sæpius cit. *Ordinat. Imper. §. die Notarien, verl. Item ein- ner der in demselbigen Testament Erbe geschrieben / oder mit demselben in eines andern Gewalt wäre.*

Th. 3. ad eund. §.

Nemo sibi ipsi testimonium dicere potest, *h. §. L. 10. ff. l. 10. C. de Testibus.* Amor enim sui & affectus *Φιλανθίας* vix sincerum judicium & testimonium esse patitur. *Conf. Brun- nem. ad cit. L. 10. C. num. 1.*

Th. 4. ad §. 11.

Legatarii ac Fideicommissarii particulares æquè in Nun- cupativò ac Scriptò testamentò testes esse possunt. Quam- vis enim de illo contrarium in Facultate Juridicâ Jenensi responsum fuisse memoret Richter. *P. 1. Decis. 31. num. 21;* tamen non video rationem, cur §. noster ad scriptum saltem testamentum sit coarctandus: quoniam potiùs, cum genera- liter ipse loquatur, generaliter etiam sit accipiendus. Accedit quod cœterorum testium fides suspicionem tollat. *Conf. pra nostrâ*

*nostrâ sententiâ Carpzov. Lib. VI. Respons. 24. num. 11. Vinn. in  
Comment. ad h. §. num. 4.*

Th. 5. ad dict. §.

In Codicillis Legatarii pariter sunt testes habiles. Quamvis enim in testamentis res heredis; in Codicillis verò res Legatarii agi dicatur, ut hinc in re sua iste idoneus testis esse nequeat, juxta opinionem Richteri *Part. 1. Decis. 31. num. 21.* & Nicol. Reusnerum, ac præjudicium ibi allegatum; tamen contrarium verius est per bonum textum *in L. 22. C. de Testament.* Nec ratio patitur, ut Legatarios à testimonio excludamus in Codicillis, quostamen in testamentis legitimos esse posse testes modò asseruimus. Tum verò nulla in Jure nostro reperitur Lex prohibitiva, quæ eosdem à testimonio in Codicillis dicendo arceat. *Conf. Carpz. P. 2. Decis. 152. num. 6. seqq.* ubi & contrariis satisfacit, *Lauterb. in Compend. Jur. Tit. de Jure Codicill. lit. a. Wissenb. ad cit. L. 22. C.* Facit denique, quod Testatori non sit eripienda potestas gratificandi testi benè de se merito. *Brunnem. ad d. L. 22. C. num. 6.*

Th. 6. ad §. 12.

Etsi Notarii in membranâ seu pergameno instrumenta sua scribere monentur. *Constit. Imper. de an. 1512. Rubr. von Notarien §. Item die Notarien sollen sich auch hüten &c.* & hinc evenit, ut eadem sæpè testamentis materia contingat; tamen hodie de consuetudine §. nostri dispositio iterum recepta, & in chartâ seu papyro testamenta pariter ac alia instrumenta rectè conficiuntur, quæ consuetudo etiam in Camerâ Imperiali obtinet, juxta *Gail. Lib. 1. Observ. 119. n. 3. in fin. Bachov. ad h. §. Paul. Voet. ad eund. num. 2. Schulz. in Synops. ad Instit. h. t. lit. e.*

Dd 2

Th. 7.

Th. 7. ad §. 13.

Duo quoque in uno Codice seu membranâ testari, ac sese invicem heredes instituere possunt. Ita Conjuges testamenta reciproca condere valent. *Wissenb. Disp. 17. ad Instit. tb. 27. addatur Gotbofr. in Not. ad Wesenb. h. §. lit. a. Gail. Lib. 2. Observ. 117. num. 1. Conf. Carpz. P. 3. C. 7. D. 22. num. 1. seqq.*

Thes. 8. ad eund. §.

De uno negotio ac Contractu plura possunt fieri Instrumenta æquè principalia. Id quod quotidiana praxis comprobatur *Conf. Nicas. de Voerda ad h. §. num. 2.* Si tamen Notarius Publicus eadem conficiat, Signetum Notariatus singulis instrumentis adjicere debet. Siquidem id pro forma & solennitate instrumenti requiritur. *R. J. de an. 1512. §. Und nachdem. Carpz. Lib. 3. Resp. 85.*

Th. 9. ad eund. §.

Testamenta Nuncupativa etiam hodie maximè frequentantur; præprimis quoniam tot tantasque solennitates in Testamento Scripto adhiberi solitas ( utpote testimonium subscriptionem & subsignationem) non desiderant. *Conf. R. I. Colon. de an. 1512. Tit. von Testamenten, §. Nun die Form eines Testaments in Schrifften/ welches nunmehr nicht in grosser Übung. Conf. Carpz. Lib. 6. Resp. 20. num. 4. licet in scripturam sint redacta. Zoës. Tit. qui testament. fac. poss. num. 87. Richter. P. 1. Decis. 32.* Quamvis vero moribus nostris plerunque adhibere soleant Notarii, qui nuncupativam Testatoris voluntatem in scripturam redigunt, quò, si fortè testes decesserint, eadem instrumentò istòc satis probari possit; nihilominus tamen ejusmodi instrumentum Nuncupativum manet, proindeque nec subscri-  
ptio-



ptionem, nec signa testium requirit. *Ludw. Diss. 7. ad Institut. th. 3. lit. d. Schneidew. ad h. S. Carpzov. P. 3. C. 3. D. 34. 35.*

## *Ad Tit. XI. de Milit. Testament.*

Th. 10. ad pr.

Privilegium militare in condendis testamentis etiam in nostri temporis militibus obtinet. Milites igitur, si in ipsò conflictu & prelio fuerint constituti per scripturam, quacunque ratione, prout in *L. milites 15. C. b. t.* proditum est, vel si nuncupare velint, coram duobus testibus rectè testabuntur, quos, etiamsi in castris agentes testamentum condere velint, absque omni dubio adhibere necesse habent: si ve in scriptis testentur, si ve oretenus suam nuncupent voluntatem, juxta *Constit. Maximilian I. in Recess. Colon. de 20. 1512. Tit. von Testamenten 2c. S.* Und sollen die Notari- en 2c. vers. oder von Rittern so zu Felde und nicht im Streit wären / da wird solche Anzahl der Zeugen nachgelassen / bisz auff zweene. Aber die Ritter die in Übung des Streits sind / mögen ihr Testament machen ohne alle Solennität oder Forme / wie sie wollen 2c. *Carpz. Lib. 6. Resp. 14. n. 1. seqq. Philipp. in Usu Instit. Pr. Lib. 2. Eclog. 49. n. 2. 3. Grænewegen ad S. 1. J. hic Conf. Bechmann. ad ff. b. t. Obs. Pract. 33.* Ubi privilegium hoc militibus etiam iis competere statuit, qui propter vehementiam morbi exercitum non possunt sequi; sed in pago vel civitate remanere coguntur. Illud verò certum est, quod privilegium istud ad donationes inter vivos vel alios actus extendi non possit. *Idem Bechm. cit. loc. Obs. Pract. 38.*

Dd 3

Th. II.

Th. 11. ad eund. §.

Milites Stationarii sive praesidiarii, die auf den Bestun-  
gen / in Besatzungen liegen / non gaudent modò testandi  
privilegiariò, per h. pr. Quoniam scilicet in bellicà expe-  
ditione non sunt constituti. Et extat hanc in rem Sanctio  
Maximil. I. antea cit. §. Und sollen die Notarien zc. verl.  
Aber diejenigen Ritter / so nicht in solcher Übung und Streit/  
noch auch zu Felde liegen / sollen ihr Testament nach gemei-  
nen Rechten machen zc. Poterunt ergò iidem testari qui-  
dem, sed Jure communi. *conf. L. penult. pr. C. b. t. l. 8. C. de  
restitut. milit. Carpz. cit. Resp. 14. n. 7. seqq. Philip. cit. loc. Ecl.  
50. Bechmann. ad ff. h. t. Observ. Pr. 36. Struv. Exerc. 34. §. 4.*

Th. 12. ad §. 1.

Ex hoc paragraphò notari meretur, quòd non debeat  
statui de privilegiis alicujus actùs, nisi constet, eundem de-  
bitè esse gestum, *b. §. ibi: ut utiq; prius constare debeat testa-  
mentum esse factum. Conf. Wissenbach. ad Instit. Disput. 8. t. b. §.*  
Arque hinc, si statutum obtineat, quòd instrumenta statim  
debeant deduci in executionem, non prius debet fieri exe-  
cutio, quàm de validitate eorundem constet, *conf. Nicas. de  
Voërd a ad b. §. num. 3. item Resolut. Gravam. Tit. Justitiens  
Sachen zc. Wenn nehmlich zum andern zc. ibi: Do aber  
Kläger nur seines Schuldners Klahr / Brief und Siegel /  
oder andere Documenta, darinnen er ihme eine richtige  
Summa Geldes zu bezahlen versprochen / in Händen. &c.*

Th. 13. ad eund. §.

Verba jactationis nihil operantur; Quoniam saltem  
dicis causà censentur prolata, h. e. in pompam, ostentatio-  
nem & jocum. *vid. l. 1. ad Scf. Silan.* Hinc sustineri potest  
Canon Philosophicus, quòd verba non operentur ultra in-  
tentio-

tentionem proferentis, seu quam mens disponentis ad-  
mittit, *l. in conditionibus primum. 19. de condit. & demonstr.*  
*l. 3. §. 9. de adimend. legat. Carpz. P. 3. C. I. D. 40. n. 1*

Th. 14. ad §. 3.

Milites vagabundi Gartund Herrenlose Knechte pri-  
vilegiò testandi militari non gaudent. *arg. b. §.* Constitu-  
tionibus enim Imperii iidem coercere jubentur, prout ap-  
paret ex Recess. Imper. August. de 40. 1555. §. Und damit ange-  
regte Bergadderung. 39. & *Ordin. Polit. ad D. Rudolph. in Co-*  
*mit. Francofurt. 20. 1577. habitis aucta. Tit. Von den Hero-*  
*renlosen und gardenden Knechteu. 7. Schulz. ad Instit. b. c.*  
*lit. a. in fin. Besold. in Thesaur. Pract. verb. Haußheblich va-*  
*gabundi, Landstreicher.*

Th. 15. ad dict. §.

Milites, qui per modicum saltem tempus à militiâ &  
castris absunt, ac propositum revertendi habent, Jure Mili-  
tari extra castra quoque rectè testabuntur, utpote si forsan  
in propinquum castris locum curandæ valetudinis aliavè ex  
causâ, præviâ ducis veuiâ, se contulerint. Nondum enim  
tunc missi sunt, sed potiùs qualitatem militiæ adhuc habent.  
*vid. §. nostr. vers. post missionem vero. & conf. ulterius Carpz.*  
*Lib. 6. Resp. 14. num. 22. seqq.*

Th. 16. ad eund. §.

Conditio in testamentis adjecta, & postea eveniens, re-  
trotrahitur ad tempus mortis testatoris. *vid. L. 26. de con-*  
*dit. Institut.* Ea enim natura est conditionis, ut, quando-  
cunque existens retrotrahatur, & statim extitisse fingatur,  
*vid. L. 8. pr. vers. quod si pendente & c. de pericul. & comuod.*  
*rei vendit. L. 11. §. 1. qui potior. in pignore. Nicas. de Voerda ad*  
*b. §. num. 6. Zoës. ad ff. b. t. n. 9. 10. Struv. Exerc. 34. ad ff. t. b. 6.*

Th. 17. ad §. 3.

Paragraphi nostri dispositio in Ducibus quoque exer-  
citus;

citus, Tribunis cohortium aut Legionum, vel Præfectis a-  
læ, qui successoribus acceptis militare desinunt, oppidò va-  
let. Quamvis enim verba *L. 21. ff. h. t.* aliud innuere vide-  
antur; si tamen mentem & sententiam dictæ Constitutio-  
nis inspiciamus, hoc quoque privilegium ad eosdem perti-  
nere dicendum est, *arg. d. L. 21. L. 2. ff. de his, qui not. in-  
fam.* eleganter hanc in rem commentatur *Jacob. Cujac. Tom.*  
*I. Tract. 4. ad African. ad cit. L. 21. ff.* qui videri potest. *Wif-  
senbach. Disp. 18. ad Inst. l. 7. Vinn. in Comment. ad b. t. num. 3.*

Th. 18. ad §. 4.

Ex hoc §. notari meretur, quod id, quod ab initio vi-  
tiosum est, tractu temporis quandoque possit convalescere,  
*contra L. 29. de R. J.* simile exemplum præsentem habetur in  
*L. 4. de R. N. & quemadmodum d. L. 29. ad Legata tantum & in-  
stitutiones paganorum pertinet, & deinde ad Contractus. Usu-  
cipationes, aliq; negotia fuit extensa, in b. §. & d. l. 4. favor*  
~~in~~ *militiæ & nuptiarum aliud svasit. Conf. Wissenb. tit. de*  
*sponsal. tb. 14. & tit. de fund. dot. tb. 28. & ad d. L. 29. tb. 16.*

Th. 19. ad §. 6.

Filiusfamil, non tantum in castrensi, sed & quasi-ca-  
strensi peculiò vice patrisfamil. fungitur. *arg. b. §. l. i. §. ult. l. 2.*  
*ad Sc. Maced. conf. Carpz. libr. 2. Resp. 105. n. 17.*

Th. 20. ad dict. §.

Notari meretur ex contextu hujus §. quod à proprietate bo-  
norum plena alicui competente non rectè ad Jus testandi in-  
feratur. Nam ex his, quibus peculia Castrensi concessa erant,  
adeoque ista bona propria habebant, quibusdam saltem per-  
missum erat olim testari. Atq; ex hinc pariter filiofamilias  
in peculiò adventitio extraordinario, cujus plena ipsi pro-  
prietas concessa est, jus testandi malè ex ista causa asseritur.

*Bachov. ad b. §. in fin. Vinn. ad b. §. Wiss. Disput.*

*18. ad Instit. thes. 12.*

TANIUM.

Wittenberg, Diss., 1688-89

ULB Halle  
003 731 693


3



f  
56.

1017







17285.

2. D. B. V.

14

Conclusionum Theoretico-Practicarum  
ad  
*Institutiones Juris, 1688*  
EXERCITATIO VIGESIMA SEPTIMA,

12

Ad  
*Lib. II. Tit. X. § 9. & seqq.*

DE TESTAMENTIS,

Item

*Ad Tit. XI.*

DE MILITARI TESTAMENTO,

*Quam*

*Consensu Amplissimi JCtorum Ordinis*

PRÆSIDE

*Viro Magnifico*

DN. GODOFREDO *Strauß*/

JCto & Pandect. P. P. famigeratissimo,

Potentiss. Elect. Sax. in supremo Appellat. Judicio: nec

non Sereniss. Principp. Anhalt. Servest. Consiliario

Aulico splendidissimo, Curia Elect. Scabinat. & Facult.

Jurid. Assessore gravissimo,

*Dn. Patrono atq. Studiorum suorum Promotore atatem*

*colendo,*

Publicæ disquisitioni exponit

JACOBUS *Ritter* / Hall. Saxo,

D. 17. Martii MDC LXXXVIII.

*In Auditorio JCtorum.*

WITTEBERGÆ,

Literis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.